



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 5. Quantopere homines fugiant contemptum sui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

quo devenit? Ex hac cogitabundâ tranfactæ  
diei repetitione cognovit quod omnia mun-  
di bona, revera tandem ad nihilum deveniant  
*tamquam aqua decurrens*, ut loquitur regius  
vates psal. 57. Itaque decrevit deserere impo-  
storem mundum, & totum se mancipare  
Deo, illique in religioso S. Dominici ordine,  
reliquo vitæ tempore deservire. Hoc sane  
modo magnus hic vir sapienter illusit delu-  
sori suo. Utinam omnes ii qui illum in cap-  
tandis hujus vitæ delectationibus imitantur,  
in suscipiendâ quoque penitentiâ æmulentur  
renuntiantes vanitatibus mundi, à quo quo-  
tidie produntur & perduntur, atque spem om-  
nem in Deo solo ponant, à quo decipi  
nunquam possunt.

## §. V.

*Quanto opere homines fugiant con-  
temptum sui.*

Quemadmodum nihil est hominibus iur-  
cundius acceptiusque honore & secun-  
dâ nominis æstimatione, ita nihil ingratius  
detestabiliusque contemptu & calumniis. Ad  
hoc probandum facit quod historiographi  
Galliæ narrant, respondisse quemdam egre-  
gium belli ducem Carolo 7. Francorum Re-  
gi, cui cum is singulari diligentia & constan-  
ti fidelitate serviret, Rex illum tam pro me-  
ri-

rito ejus quam pro suo in illum propenso  
fectu mirificè diligebat. Quare cum eum  
bi tam arctè conjunctum crederet ut nulli  
illecebris, nullaque violentia à se disjung  
posse putaret, quæsit aliquando ex eo, que  
tandem res posset ipsum abs se abalienare  
cui respondit: unus contemptus despectu  
que mei. Itane, subjunxit Rex, contemptus  
aliquis tui tantum apud te valebit? Sic est, de  
jecit alter; & hoc velim, mi Rex, tibi persua  
deas, ita me majestati tuæ deditum, ut nullis  
unquam me blanditiis, nullis opum dignita  
tumque promissis omnes hostes tui in suas  
partes possint pertrahere abstractum à tuis.  
Illud præterea mihi affirmanti credas, ita  
me animo comparatum, ut quicumque  
te casus involvet, idem involvet me te  
cum, una erit utriusque fortuna, ni  
hil fidem meam tibi obstructam dissoluet, ni  
hil amoris in te mei ardorem imminuet, ne  
dum extinguet; tecum vivere, pro te emori  
cupio. Verum mi Rex, unica mei contempto  
quæ forte nominis mei gloriam obscuras,  
tantum apud me valeret ut non dubitarem  
amicitiæ nostræ renuntiare, & perfugere ad  
hostes tuos multo promptius quam si propo  
sitis omnibus mundi bonis ab iisdem invita  
rer. Eadem historia refert de Francisco hujus  
romi-

I. 4. 1.

nominis primo, quod post infelicem ad Paduam pugnam, licet ingenti esset animi dolore oppressus, ad matrem tamen consolandam scripserit in hanc sententiam: *omnia perdita sunt, salvo honore*. Pro eo enim habebat generosus hic princeps, quando nullius ipse negligentiae nomine accusari posset, nec proinde justam incurere hominum contemptionem ob devicti exercitus sui interuersionem, servasse se omnia servato honore suo.

## §. VI.

*Confusio eorum qui fidunt mundo potius quam Deo.*

**S**igitur verissimum est tam cupidos esse honoris homines tam abhorrentes à contemptu, ut qui maxime, quo tandem animo ferent fatalem illam ignominiam omnium maximam, quæ manet eos qui innixi favoribus humanis, aut propriis freti viribus, non nisi Deo, Deum deseruerunt, ideoque ab eo deserentur despecti & abjecti, abominabiles facti Angelis, exosi hominibus, derelicti à tota rerum creaturarum universitate? *Deus contemnit eos qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos psal. 52.* Injuriam longè maximam Deo irrogas ingratislime mortalium, quisquis limum terræ, fumum & vaporem evanidum, saccum vermium & brachium